liae Lond. 1692 emptum esse ab Alberto Elers, inscriptio folii primi nos docet, cfr. cod. XXXVII.

XLII.

(No. 7 in 4to.)

Cod. in 4to fl. 264 chartæ Europæe caractere ta'liq satis bene exaratus historiam sacram Muhammedanorum de creatione mundi, vitis prophetarum etc. auctore *Hagqwirdi Persa* (cfr. de eo Olearius Reisebeschr. Hamb. 1696 p. 400) continet. Initium fol. 1v. hoc: در قصص چنین نوشته اند که چون خدای تع خواست که جمیع عالم را و آسمان و زمین را و ما خلق الدرا ایجاد کند اول افرید قلم را کوهر بدین آیه که والقلم الخ creavit, quæ triginta millia annorum manavit, donec aquam creavit; deinde vapores, deinde 7 coelos usque ad creationem Adami. Fol. 21

incipit historia Ibrahimī [حکایة ابرهیم], quam sequitur historia Hjobi, Mosis, Josephi, Sālihi, Lothi, Alexandri Magni s. cornuti, Noachi, Ishāqi, Jesu. Incipit nova sectio f. 147 v. inscripta:

داستان حضرت علی;
داستان قلعه یودان خیبر fol. 154 r.
داستان از درجای عفت سر — 155 v.
داستان سرببی تن — 157 v.
نصیر افغان — 165 v.
قلعه چمپور — 177 r.

F. 189 incipit historia de Huseino filio 'Alī, sed finis deesse videtur, cū codex fol. 264 v. desinat. — Titulus fol. I. r. legitur: "historia de creatione mundi, quomodo a Persis juxta Alcoranum ejusdemque paraphrasin per Zsafer Saduk factam creditur, per Hackwirdi Persam conscripta".

XLIII.

(No. 28 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 85 caractere Schikeste male exaratus tractatum, qui تاریخ دلکشای شمشیر خانی i. e. "historia jucunda Schemschir Chano dedicata" appellatur auctore *Tawakkul Beg* [توکل بک ولد توکل بک الحسینی] continet. Qui commentarium sive expositionem prosaicam Ferdūsi Schahnāmeḥ, quo hoc intellectu difficilius poema omnibus pateret, jussu principis *Schemschir Chān* a. XXVI. imperii Schahigihāni = a. H. 1063 = Ch. 1653 composuit. Initium fol. 1 v. حمد بیغایة و قنای بینهایة مر حضرت کبریاء. واجب الوجودی الخ. De hoc libro cfr. Stewart Cat. p. 20 No. LII.

Versus ex Schahnāmeḥ excerpti explicationibus passim antecedunt.

XLIV.

(No. 29 in 8vo.)

Codex in 8vo fl. 16 caractere Schikeste bene exaratus excerpta e libro antecedente continet; exstant præfatio et excerpta ad hi-

storiā Alexandri M. spectantia. In præfatione hic liber شاهنامه appellatur. Clauditur fol. 16 v. his verbis: تمت تمام شد کيفية: سکندر ذی القرنين.

XLV.

(No. 30 in 8vo.)

Cod. Reiskianus in 8vo fl. 104 caractere Neschi satis bene exaratus titulum habet: *Hagi Chalifah Mosthafa tabulas chronologicas rerum in oriente gestarum* e cod. mscto. Turcico bibliothecæ regiæ Dresdensis exscripsit D. Jo. Jac. Reiske. Incipit fol. 2 ab narratione rerum per secula post Muhammedem gestarum [تقويم التواريخ], quæ usque ad a. H. 1058 = Ch. 1648 procedit. Initium hoc est: جدول وقایع مایه اولی از تاریخ هجریه نبویه الخ. Legitur f. 95 r. Reiskii manu: "Sequentes anni 1059 usque ad 1064 inclusive adstabant vacui. Adscriptum erat aliquid et bene multum sed alia manu; quod quum non posset nisi difficulter legi, omisi. Explicit die 28 Decbr. 1746 Lipsiæ". Fol. 95 v.—100 tabulæ chronologicæ regum Persarum, Chalifarum, imperatorum Othmannicorum; fol. 100 r.—101 v. جدول وقایع از ولادت cfr. de hoc opere Hagi Ch. vol. II. p. 395 et Krafft Handschr. d. k. k. Academie No. CCLII.

XLVI.

(No. 8 in 4to.)

Foll. 33 chartæ orientalis caractere ta'liq mediocriter exarata exhibent *fragmenta historica de contentione Alidarum cum Chalifa Jazido Umaijada*, sed majore ex parte non coherens.

XLVII.

(No. 31 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 50 chartæ orientalis caractere Schikeste mediocriter exaratus com-

pendium *historiæ regum et sultanorum Indicorum*, quod راجاوالی nominatur, continet. Initium facit versus:

شنوزوی وفای دنیا ای شاه
مغرور مشویدولت و حشمت و جاه

Expositionem divisionis temporis apud Indos in quatuor ætates series regum Dehlicorum sequitur, quæ ab راجه جدشتر usque ad رای اوجهمل procedit; deinde fol. 28 a sultano *Schihab ed-din Guri* usque ad *Aziz ed-din Alimgir II.* sultani Dehlici enumerantur. Subscriptio finalis fol. 50 v. legitur:

نسخه دستورالعمل همه پادشاهان و راجه های از وقت
دو و چشتر [جدشتر leg.] بتاریخ دوازدهم شهر ذی قعدة
سنة ۱۱۷۹ هجری الخ.

XLVIII.

(No. 9 in 4to.)

Cod. in 4to caractere ta'liq satis bene exaratus fl. 253 chartæ orientalis *historiam Indiae* continet, auctore Raja Bind Rāben bin Raja Bhārā Māl, qui Aureng Zibo regnante vixit. Incipit ab a. H. 572 = Ch. 117⁶/₇ et pergit usque ad a. H. 1100 = Ch. 168⁸/₉; divisus est liber ad provincias et dynastias in X. capita [فصول]. Dicit auctor, se compendium *historiæ Abū-l-Qāsim Ferishta* composuisse; quæ cum in anno M. subsistat, in enarratione centum annorum sequentium aliis historicis operibus se usum esse, quare opus hoc لب تواریخ هند i. e. "*medulla historiæ Indiae*" nominatum esse *Historia celeberrima Ferishta* edita est sic inscripta: *Tarikhi Ferishta or history of the Mohammedan power in India till the year A. D. 1612 by Mahomed Kāsim Ferishta of Astrabad* edited by Major-General J. Briggs, Bombay 1831 vol. I.—II. Quo anno opus ab auctore finitum sit, in verbis حالات ملک هندوستان i. e. a. H. 1106, non ut in codice falso indicatum est ۱۱۹۱, continetur.

Fol. I. r. titulus legitur: "Luby tewarich Hind by Ray Bindy Raem. Portsmouth. 8th June 1810. F. Roebuck. Prima verba operis hæc sunt:

پادشاهی بی زوال مرخدا را است جل جلاله و عم نواله، نظم مرورا رسد کبریا و منی - که ملکش قدیم است و دانش غنی تمام شد نسخه لب
تواریخ هند تصنیف رای بند راین بتاریخ شاندرهم شهر

ربیع الاول سنه ۱۱۴۴ هجریه مقدسه الخ
cfr. Mackenzie collection vol. II. p. 120;
orient. collect. vol. II. p. 89 N. 38.

XLIX.

(No. 9 in fol.)

Codex in fol. fl. 381 caractere ta'liq optime exaratus *historiam Timûri*, Sultani Mogolici, inde a die natali 736 usque ad a. H. 807 = Ch. 1405 auctore *Scheref ed-din 'Ati el-Jazdi* [† 850 a. H. = Ch. 1446] continet. Opus, nomine ظفرنامه sive تیمورنامه i. e. *liber victoriae s. liber Timûri* celebratum, a Petis de la Croix in linguam Gallicam versum et Parisiis 1722 editum est. Incipit cod. a. natalibus Timûri:

مقاله اول در ذکر صادرات افعال و واردات احوال حضرت صاحب قرانی الخ

Subscriptio finalis fol. 381: باتمام رسید و بانجام
cfr. de hoc opere Hagi Ch. v. II. p. 122 et IV. p. 175; Cat. des mscts. de la biblioth. de St. Pétersbourg p. 285; Cat. biblioth. reg. Paris. p. 277 No. LXX.—XXII. Fol. 1 v. titulus legitur: *Temur Nama. Given me by Doctor Don Pedro de Sylva at Agra 1768. Peter John Flor.*

L.

(No. 10 in fol.)

Cod. in fol. min. fl. 269 caractere ta'liq optime exaratus sine titulo et præfatione ver-

sionem Persicam operis celeberrimi وقعات بابری i. e. *commentarii imperatoris Baberi* ab ipso Sultano compositi continet. Incipit liber his verbis: در ماه رمضان سنه ۸۹۹ در ولایت فرغانه در دوازده سالگی پادشاه شدم
Ferganae et urbis capitalis Andegân. Desinit codex in rebus gestis commemorandis a. H. 936 de expugnatione arcis Guwaljâr cfr. Dow Geschichte von Hindostân T. II. p. 138. Exstat interpretatio Anglica hujus operis a viris illustr. J. Leyden et W. Erskine Londini 1826 edita; cfr. History of India under the two first sovereigns of the house of Taimur, Baber and Humajûn by W. Erskine T. I. p. 524; Fraser Cat. p. 7.

LI.

(No. 11 in fol.)

Cod. in fol. fl. 517 chartae Indicæ caractere ta'liq elegantissime exaratus volumen *historiae imperatoris Akbari Schahi* [964—1014 a. H.], quæ vulgo Akbar Nâme i. e. *Liber Akbari* dicitur, continet. Volumen hoc duas partes amplectitur: fol. I.—244 *pars I^a* præfationem continet et genealogiam Akbari inde ab Adamo exhibet. Adamus fol. 40, Timûr fol. 57 r.; Abû Sa'id et 'Omar Mirza fol. 60 v. et 61, Bâber fol. 63, Nasir ed-din Muhammed Humajûn fol. 88 r. commemoratur, et historia usque ad inaugurationem Akbari deducitur. Initium codicis hoc est: الله اکبر این
Fol. 245—517 *pars II^a* historiam inde ab inauguratione usque ad a. XVII. incl. imperii Akbari amplectitur. Initium ejus hoc est: سلسله انتظام
کارگاه افرینش که مضاعف حقیقت نمائی شهود و شواهد قدرت واجب الوجود است الخ
Auctor Abû-l-Faṣl Mubârek 'Allâmi, vezirus celeberrimus Akbari, historiam hanc usque ad a. 47^{um} regni, quo ipse interfectus est, continuavit. De hoc opere cfr. Fr. Gladwin in præfatione libri:

Ayeen Akbery or the institutes of the emperor Akbar, translated from the Persian, quod opus pars tertia historiæ Akbari existimandum est; Silvestre de Sacy Notices et extraits vol. X p. 199; Stewart Cat. p. 14 No. XXXIV; Fraser Cat. p. 6.

LII.

(No. 12 in fol.)

Cod. in fol. fl. 354 chartae orientalis elegantissime exaratus *partem II^{am} totam historiæ imperatoris Akbari* inde *ab anno inaugurationis usque ad annum XLVII. imperii* continet. Quæ ex hac parte in codice antecedente inveniuntur, in hoc codice usque ad fol. 125 v. leguntur; sed hic codex nonnihil discrepat, ita ut, quæ post finem anni XVII. in illo codice fol. 504 v.—517 leguntur, in hoc non inveniuntur.

Initium codicis quale superioris: سلسلہ انتظام کار کا آخرینش کہ مظاہر حقیقت نمائی شہود و شواہد قدرت الخ.

Exaratus est cod. a. H. 1099 = Ch. 1687. Fol. 1 titulus inscriptus est: "Akbar Nāma" et "history of Akbar the great 2nd volume.

LIII.

(No. 32 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 323 chartae orientalis caractere Schikeste mediocriter exaratus *partem voluminis II^{di} historiæ Akbari sive Akbar-nameh* inde *ab inauguratione imperatoris 963 a. H. = Ch. 1555 usque ad finem anni XII. regni* continet. Respondent quæ in hoc codice inveniuntur Cod. LI. fol. 245 r.—466 r. lin. 8 inf. et cod. LII. fol. 1—107 v. lin. 9. — Exaratus est cod. a. H. 1180 = Ch. 1766.

LIV.

(No. 13 in fol.)

Cod. in fol. fl. 572 caractere ta'liq vestusto mediocriter exaratus opus celeberrimum آئین اکبری i. e. *instituta Akbarii*, quod vol. III^{um} operis antecedentis اکبر نامه existimandum

est et omnes institutiones imperatoris Akbari statumque regni diligentissime describit, auctore *Abū-l-Fasl b. Mubārek* continet. Provincias quoque Hindostaniæ et principes singularum provinciarum ethnicos inde a tempore antiquissimo enumerat. Pars I^a usque ad fol. 239 v. institutiones regni describit; pars II^a usque ad 444 v. XII. Subah sive provincias Hindostaniæ et principes earum; pars III^a fol. 444 v.—527 v. historiam et descriptionem singularem Hindostaniæ continet. Quæ tres partes ab illustrissimo Francis Gladwin sub nomine: "Ayeen Akbery or the institutions of the emperor Akber in 3 vols." Calcuttæ 1783—86 versæ et editæ sunt. Accedit inde a. fol. 527 v. enumeratio virorum sanctorum, qui in Hindostaniam venerunt, ab Adamo incipiens, qui e coelo in insulam Ceylon delapsus dicitur; inscripta est hæc sectio آمدگان هندوستان; excipit fol. 536 v. lin. penult. — 548 v. enumeratio virorum sanctorum, qui in Hindostania nati sunt [اولیاء ہند]; sequitur sectio f. 548 v.—555 v. inscripta دلائل کفایت شاہنشاہی; 555 r.—572 epilogus auctoris, qui sic incipit:

لہ الحمد بر انجام یافت کنجنامہ شاہنشاہی کارنامہ الہی الخ

Subscriptio finalis f. 572 r. lin. ult.: ---

تمام شد دفتر ثالثہ اکبرنامہ بتاریخ ۱۴ شہر ذی حجہ سنہ ۱۱۷۱ مطابق سنہ ۱۱۷۱ ہجری; scilicet anno V^{to} imperii 'Alemgiri IIⁱ exaratus est codex.

Titulus libri fol. 1 v. legitur: Ayn Akbari or Akbar method, containing an account of the revenues, productnames of Citys and Purzunnas of Indostan as also a List of gentie Rajahs to Akbar Reign, compiled by order of Akbar from the Gentie originals. — Bought at Capt. Choses Antony in Calcutta 1769. Peter John Flor.

LV.

(No. 14 in fol.)

Cod. in fol. fl. 257 caractere ta'liq bene exaratus *partes duas priores*, quas nuper com-

memoravimus, *operis antecedentis* continet; sed passim desunt tabulae chronologicae Rajarum, tabulae redituum et similia. Pars I. fol. 206 v. lin. ult. desinit, ubi inscriptio partis sequentis *أحوال دوازده صوبه* legitur; pars II. f. 206 v.—258 v. l. 4, ubi eadem subscriptio finalis incipit, quæ in codice antecedente f. 444 v. legitur: *امنة لله که آیین ملک آبادی انجام گرفت*. *بیابوری ایزدی توفیق* *الح*. Fol. I v. in limine titulus legitur: "Aina Akbar in part." et Akbar Dustûr el Amal.

LVI.

(No. 33 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 173 caractere ta'liq mediocriter exaratus *volumen tertium operis طبقات* *اکبری* i. e. *classes [regum Indiae], liber imperatori Akbaro dedicatus*, auctore *Nizâm ed-din Ahmed b. Muhammed Muqim el Herewi* continet, qui hoc opus, in quo historiam Indiae inde ab occupatione Muhammedanorum usque ad suum tempus tractat, [cfr. Fraser Catal. p. 6, ubi distributio operis exhibetur et Stewart Catal. p. 11] imperatori Akbaro dedicavit. Continet hoc volumen ab initio mutilum historiam Akbari inde ab anno imperii VII.—XXXVIII. i. e. a. H. 969—1001 = Ch. 1562—1593. Exaratus est codex noster anno imperii XLV^o Aureng-Zibi = a. H. 1114 = Ch. 1703, ut in subscriptione finali fol. 162 r. legimus. Sequitur inde a. fol. 162 v.—173 appendix de viris celebribus, qui Akbaro imperatore vixerunt, ex opere antecedente *Ayini Akbari* hausta, cujus initium hoc est: *اکنون شروع در ذکر اسامی* *امرای عالیقدر که درین دودمان عالیشان مصدر خدمات بزرگ گشته اند می نماید* *الح*.

Fol. I. r. titulus legitur: *جلد سیوم از طبقات* *اکبری* et Anglice: *Tabcat Acbery 3^d. volume.*

LVII.

(No. 34 in 8vo.)

Cod. in 8vo caractere ta'liq mediocriter

exaratus fl. 271 chartae Indicae historiam imperatoris Gihângiri, *Gihângir-nâmeh* appellatam, inde ab initio imperii a. H. 1014—1037 = Ch. 1605—27 continet. Initium praefationis hæc verba faciunt: *شایسته سریم سلطنت وفرمانروائی* *وزیبندہ افسر خلافت وکشور کشائی بلند اقبال تواند بود که* *الح*.

Affixum est initio folium imaginem imperatoris Gihângiri et p. a. imaginem Scheichi Abû Sa'id elegantissime pictam exhibens. Titulus fol. I. v. legitur: "Jeanguir Nama, given me by Padre Francisco Xaverio Wendel at Agra 1768. Peter John Flor. Exaratus est codex anno I^o regni Aureng-Zibi = a. H. 1071 = Ch. 1661. De auctore hujus operis nihil certi habemus; cfr. Mackenzie Collection vol. II. p. 125.

LVIII.

(No. 35 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 560 caractere ta'liq majore ex parte optime sed inde a. fol. 534 caractere Schikeste mediocriter exaratus *historiam Schâhi Gihâni inde ab anno, quo natus est XXXVI^o anno regni Akbari = a. H. 1000 = Ch. 1592 usque ad finem Xi anni imperii i. e. 1047 a. H. = Ch. 1637 continet*. Auctor, qui nomen suum *Salih* fol. 3 v. lin. 6 his verbis *کمترین داعیان دولت ابد پیوند فدوی* *آل محمد صالح که بکمال هیجمدانی موصوف نزد اعل روزگار* *الح* indicat, hanc historiam a. H. 1070 confecit, qua decadem priorem imperii Schâhi-gihâni tractat. Fol. I. r. titulus legitur *شاهجهان* appellari videtur. Initium praefationis: *شکفته روی چمن بیان* *وخندہ ریزی کلبن سخن از حمد بہار پیرای کلشن* *الح*.

LIX.

(No. 15 in fol.)

Cod. in fol. min. fl. 292 chartae orientalis laevigatae caractere ta'liq optime et perspicue

exaratus tomum II^{um} historiae Schâhigihâni, qui a. H. 1037—1067 = Ch. 1627—1657 regnavit, auctore Molla 'Abd-ul-Hamid Lâhûrî continet. Nomen huic operi Schâhi Gihân Nâmeh inscriptum est, sed in prooemio Pâdischahnâ-meh vocatur. Incipit codex noster a primo anno decadis II^{ae} regni Schâhigihâni i. e. ab initio mensis Gûmâdi II. a. H. 1047 = Ch. 1637⁷/₈ et historiam singulorum annorum usque ad finem decadis sive annum XX^{um} imperii i. e. a. H. 1056 = Ch. 1647⁷/₈ enarrat. Titulus fol. 1

r. legitur: جلد دوم شاهجهان نامه مؤلفه ملا عبد الحميد لاہوری. Initium codicis hoc: سپاس والا اساس دادار کارساز و کردگاری انبازرا که بمدد کاری اندیشه انج Finitur opus enumeratione virorum celebrium, sapientium, poëtarum, qui Schahi Gihânō regnante vixerunt, fol. 284 r.; finem faciunt hæc disticha:

کر بی شریک خوانمت آن شاه دین رواست
زین گفته حاجتم بدلیل وبه آیت نیست
تو سایه خدای و دین و محبوب آفتاب
روشن بود که عیج یکی را دو سایه نیست

Subscriptio finalis hæc:

— در ملک کشمیر جلد دوم شاهجهان نامه باتمام رسید
حرره معین الدین محمود ولد خوجه جهان مرحوم

Adjectus est eadem manu index argumenti copiosissimus fol. 285 v.—292 r., qui hunc

titulum fert: فهرست دور دوم شاهجهان نامه مؤلفه ملا عبد الحميد من ابتدای شهر جمادی الاخری سنه ۱۱ جلوس مطابق سنه ۱۰۴۷ هجری لغایه جمادی الاولی سنه ۱۰۵۶ جلوس مطابق سنه ۱۰۵۶ هجری

cfr. de toto hoc opere in tres partes diviso Fraser Cat. p. 6.

LX.

(No. 36 in 8vo.)

Cod. in 8vo. fl. 320 chartae orientalis caractere ta'liq optime exaratus historiam imperatoris Aureng-Zibi 'Alemgiri nomine in-

scriptam مآثر عالمگیری i. e. res memorabiles 'Alemgiri auctore Muhammed Sâqi Mustâid Chan continet. Auctor historiam decem primorum annorum imperii Aureng-Zibi, quam Mirza Muhammed Kâzim opere uberiore عالمگیرنامه appellato tractaverat, in compendium redegit et historiae a se compositae annorum XL. sequentium praeposuit. Quare duas partes complectitur, quarum prior sic incipit: انتخاب صحایف ایجاد انس و جان والتقاط لطایف انشا کون و مکان حمد خالقست انج.

Posterior pars fol. 40 v. his verbis incipit: له الحمد فی الاولی والاخرت خاتمه به پیرایش حمد جهان cui parti nomen impositum مآثر عالمگیری annum quoque, quo opus ad finem perductum est, a. H. 1122 = 1710 indicat. Finitur fol. 320 r. Pars I. sic inscripta edita est: "the history of the first ten years of the reign of Alemgeer" written in the Persian language by Mohammed Sâqee. Translated by Henry Vansittart Calcutta 1785 in fol. De utroque opere et عالمگیرنامه cfr. Stewart Cat. of Tippees Library p. 15; Fraser Cat. p. 8; Dow in praefat. hist. Ind. vol. III.

LXI.

(No. 10 in 4to.)

Cod. in 4to fl. 222 chartae orientalis caractere ta'liq optime exaratus idem opus continet. Pars I. historiam decem annorum continens, fol. 28 r. desinit, ubi subscriptio finalis legitur: تمت تمام شد این کتاب عالمگیرنامه احوال سلطانت ده تمت تمام شد این کتاب عالمگیرنامه احوال سلطانت ده; quam excipit pars altera fol. 29 r.—fol. 222 v.

LXII.

(No. 37 in 8vo.)

Cod. in 8vo. fl. 238 chartae orientalis caractere Neschi bene exaratus historiam

Nâdiri Schahi, quæ appellatur تاریخ نادری sive جهان‌کشا, auctore *Mirza Muhammed Mahdi Chan Mazenderâni* continet. Initium operis hoc: بر دانیان رموز آکلی و دقیقه یابان حکمت‌های الهی واضح است که الخ. Auctor seditiones, quæ imperio Nâdiri antecedunt, summam tractat et ab a. H. 1120 = Ch. 1708 a bello in Qandahar usque ad a. H. 1160 = 1747 res gestas Nâdiri enarrat. Sectio ultima inscriptionem habet: در بیان سلطنت علی شاه و امیر حمیم شاه و خاتمه کار ایشان. Fol. 238 v. auctor nobis promittit, se volumine sequente historiam ab a. H. 1160—71 tractaturum esse; sed hoc volumen vix unquam finitum est. Opus hoc versione Gallica viri celeberrimi W. Jones et ex hac orta Germanica: "Histoire de Nadir Schah, connu sous le nom de Thamas Kuli Chan, traduite du Persan par l'ordre de sa majesté le roi de Danemark par William Jones, Londres 1770 in 4to, et Mohammed Mirza Mohadikhan Masandarani Geschichte des Nadir Schah, Keisers von Persien, nach dem französischen Auszuge übers. Greifswalde 1773 in 4to": omnibus satis notum, cfr. præterea Cat. des mscts. de St. Pétersbourg p. 293, No. CCCIV.

LXIII.

(Nr. 16 in fol.)

Cod. in fol. fl. 385 chartae Europaeæ levigatae caractere Neschi optime exaratus alterum exemplar operis præcedentis exhibet. Titulus fol. I. v. legitur: کتاب تاریخ نادری مشهور بتاریخ جهان‌کشا من کلام میرزا مهدی خان مازندرانی. Quod auctor de libro continuando pollicitus est, 4 lineis minio exaratis fol. 377 v. invenitur, quas scribe se non in codice a Niebuhrio Schiraza allato sed in codice Basrensi Isfahanæ exarato legisse dicit, neque tamen pro certo affirmare posse, utrum ab auctore an ab alio originem habeant.

Verba ejus hæc sunt: قد وقع الفراغ من كتابة هذا الكتاب --- على صفة کتاب (sic) الذي خاء به من شیراز کرستن نینور الفلکی الذي جاء بالسياسة الى بلدان العرب باسم سيده سلطان الدانيمرك وهذه الاسطر المكتوبة بالحجة في الصفحة اليمنى تحت ختم الكتاب طالعنا في كتاب اخر مثل هذا في البصرة كان مكتوب في بلد اصفهان فارأيناها ويذكر ايضا عن مجلد الثاني فلم يجد ذلك في الشيراز ولا في البصرة فاعلمنا انه كلام المؤلف مهدي خان او غيره - الخ.

Ex verbis sequentibus videmus, codicem a scriba Mustafa b. Hâg Nûr b. Molla Muhammed Basrensi a. H. 1179 = Ch. 1765 exaratum esse. Fol. 379 v.—385 compendium Turcicum vitæ Nâdiri Schahi continet, eodem anno et manu exaratum.

Imago Nâdiri Schahi optime picta huic codici affixa est.

LXIV.

(No. 38 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 457 chartae Indicæ tenuissimæ *diarium aulae Mogolicæ ætate imperatoris Schahi Alem II* inde ab anno 1192 initio mensis Gumadi I. usque ad annum 1199 die XXIX mensis Scha'bân continet, siquidem ex initio et fine codicis, cujus ordo foliorum valde turbatus est, concludere licet; menses enim et dies accuratissime indicati sunt, anni vero sæpe desunt, ita ut tempus, ad quod annotationes pertinent, difficillime investigari possit. Initium fol. I. v. hoc est: انتخاب اخبار در معلى مرقوم غره جمادى الاول سنه ۱۱۹۲ هجرى ديهروز مجد الدوله بهادر حسب الطلب حاضر شد از مشار اليه الخ.

De hoc genere librorum كتيب اخبار appellato vid. Stewart Cat. p. 94.

LXV.

(No. 11 in 4to.)

Cod. in 4to fl. 31 chartae Indicæ tenuissimæ caractere Schikeste mediocriter exaratus,

male conservatus tractatum historicum de *Nānek Schaho*, principe Sikkorum, exhibet, inscriptum *رساله نانک شاه*, quem auctor nobis incognitus a. XXV^o imperii Schahi 'Ālem = a. H. 1197 jussu Nawābi Mu'in eddawlah conscripsit. Initium tractatus est: کارپردازان ایجاد و تکوین که عبارت از قضا و قدر باشد شهود نموده هر امور را منحصر و موقوف بر

وقت داشته اند بموجب آنکه کل امر مرهون باوقاتها چنانچه سلسله خاندان بابا نانک درویش از مدت سه صد سال نهود یافته و استحکام پذیر است لیکن این فریق از

De historia hujus populi cfr. liber inscriptus: the history of the Sikhs from the origin of the nation by Jos. D. Cunningham London 1849.

I. CODICES LEXICALES.

LXVI.

(No. 17 in fol.)

Cod. in fol. fl. 518 chartae orientalis caractere ta'liq elegantissime exaratus lexicon celeberrimum Persicum *Ferhengi-gihāngiri* auctore *Ibn Fachr ed-din Husein Angū Gemāl ed-din 'Aqad ed-dawlah* continet. Auctor opus hoc celeberrimum, ad quod componendum annos triginta adhibuit et L. opera lexicalia perlegit, Sultano *Abū-l-Muzaffer Nūr ed-din Muhammed Gihangir* a. H. 1016 = Ch. 1607 dedicavit et nomen imposuit *فرهنگ* qui annus ex hemistichio subductis rationibus litterarum: "فرهنگ نورالدین" efficitur. Opus in prodromum, ipsum lexicon coronidemque divisum est; prodromus a. fol. 6—22 XII. continet, quorum hic est conspectus:

- ا. آئین در بیان اطلاق اسم پارس در ملک ایران — — — — —
 fol. 6 v.—9 r. و تعداد زبان پارسی از
 — 9 r.—9 v. ۲ در بیان چگونگی زبان پارسی
 — ۳ در تعداد حروف نهجی که نزد عربی و پارسی
 — 9 v.—10 r. زبانان متداولست از
 — ۴ ذکر ترتیب این کتاب که بر چه سان و چند
 — 10 r.—10 v. بابست
 — ۵ ذکر تفرقه میان حرف و علامت هر حرفی
 — 10 v.—11 r.

آئین ۶ در بیان تجویز تبدیل هر یک از حروف بیست و چهار
 fol. 11 r.—11 v.

— 11 v.—12 v. ۷ در ضما

— ۸ در ذکر حروف و کلماتی که بجهت زینت و حسن کلام

— 12 v. ۹ در بیان حروف و کلماتی که باو آخر اسما و افعال

بجهت حصول معانی کوناگون درارند و بدون

— 12 v.—13 v. ترکیب افاده معنی نکنند

— ۱۰ در بیان حروف مفردة که در او اقبل و او آخر

کلمات بیارند بجهت دریافت معانی مختلفه

— 13 v.—17 v.

— 17 v.—21 r. ۱۱ در بیان املا

— 21 r.—22 v. ۱۲ در عقد انا

Excipit Lexicon fol. 22 r.—447 r., ubi littera secunda verborum caput (باب), littera prima sectionem (فصل) ejusdem capituli efficit; sequitur fol. 447 r.—518 v. coronis in V. وجه divisa:

وجه ۱ مشتملست بر کنایات و اصطلاحات و استعارات

fol. 447 r.—484 r.

— ۲ بر لغاتی عربی مرکبه از پارسی و عربی

که بروش پارسی آورده باشند

— 484 r.—503 r.

— ۳ بر لغاتی که یکی از حروف هشتگان

دران یافته شده 503 v.—503 r.

— ۴ بر لغاتی زند و پازند

— 503 v.—510 v.

— 510 v. ۵ بر لغاتی غریبه

Singulae hae partes eodem modo quo lexicon dispositae sunt, ut littera secunda caput, quod hic در [porta] nominatur, littera prima sectionem [جلوه] efficiat. Exaratus est codex a.H. 1074 = Ch. 166³/₄. Cfr. de hoc lexico Burhani Qaṭi pag. 9; Stewart Cat. p. 129; Fraser Cat. p. 28.

Inde a fol. 502 r. usque ad finem codicis in margine laterali anthologia poetica, versus, qui diversis occasionibus adhibendi sunt, continens et عنایت نامه inscripta, exarata est, auctore عنایتخان راسخ بن شمس الدوله لطف الله خان بهادر متنبورجنک, quod nomen titulus quoque libri, qui ultima pagina invenitur, indicare videtur. Opus in 15 eptt. divisum est:

- ۱- باب ۱ در بیان اقسام تهنیت و مبارکات
- ۲- در بیان اقسام مدح و ثنا
- ۳- در تحسین و اثربین
- ۴- در اقسام اطوار شوق و محبت
- ۵- در معاملات با حباب
- ۶- در اقسام عرض حاجات
- ۷- در اقسام شکر
- ۸- در اقسام شکایت
- ۹- در اقسام عذر
- ۱۰- در اقسام احکام سفر
- ۱۱- در اقسام مواعظ و نصائح
- ۱۲- در ذکر عبادات
- ۱۳- در تعزیت
- ۱۴- در ختم کلام بدعا در جناب سلاطین و امرا و در خدمت احباب
- ۱۵- مشتملست بر اشعار متعدده که در اکثر تقریبات تحریر احتیاج بانها می افتد

Subscriptio finalis haec: بتاريخ ۲۴ شهر جمادی نسخه متبرکه عنایت نامه راسخ باتمام رسیده. Annus omissus est.

LXVII.

(No. 18 in fol.)

Cod. in fol. fl. 457 caractere ta'liq bene exaratus Lexicon Persicum كشف اللغات والاصطلاحات i. e. *explicatio verborum et terminorum technicorum* auctore 'Abd-er-Rahim b. Sār continet. Dicit auctor, se, cum in poetis Persarum legendis cum filio Schihābo interdum verba Arabica occurrerent, quae in lexicis aliorum ut in lexico Ibrahimi b. Qiwām et Muhammedis b. Lād, in lexico صراح [i. e. interpretatione Persica Lexici Gawharii], etc. non reperirentur, hoc lexicon composuisse ad haec opera supplenda. Incipit lexicon fol. 2 v. باب الالف مع الالف a voce ۱, et vocabula hoc modo disposita sunt, ut ultima littera sectionem minorem, prima majorem efficiat. Subscriptio finalis f. 457 v. legitur: تمام شد نسخه كشف اللغات من تصنيف مولانا عبد الرحيم بن سوار --- سنة ۱۱۹۳ هجرى مطابق سنة ۳ جلوسى ظل سبكافى خليفه الرحمانى احمد شاه الخ. Titulus fol. 1 v. inscriptus est: Caschfullogaat, Dictionarium persicum optimum; cfr. de hoc lexico Stewart Cat. p. 131 No. VII.; Burhāni Qaṭi in prodromo pag. IX.; Fleischer Cat. codd. mnsupt. biblioth. Dresdens. No. 347; Hagi Chalfa vol. V p. 214.

K. CODICES RHETORICI ET ARTEM EPISTOLOGRAPHICAM TRACTANTES.

LXVIII.

(No. 39 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 114 [signata sunt foll. 33—145] chartae Indicæ tenuis variis coloribus

caractere ta'liq satis bene exaratus, exceptis primis foliis, quae caractere Schikeste pessime suppleta sunt, tractatum rhetoricum روضة البدائع i. e. *hortus rerum mirabilium*

auctore *Munshi Aschbām La'l* اشبام لعل منشی
continet. Tractatus hic partem rhetorices علم
البدیع tractat, postquam idem auctor aliud opus,
حديقة البستان inscriptum, de علم البيان com-
posuit [cfr. de divisione rhetorices librum meum
die Rhetorik d. Araber, Wien 1853]. Opus
in duas مقاله divisum est, quæ in منظر et فصل
subdividuntur:

fol. 38 r.—68 v.: مقاله اولی مشتمل بر اقسام کلام
منظوم و منشور متضمن بر دو منظر

fol. 68 v.—144 v.: مقاله آخری در فن بدیع متضمن بر
دو منظر

Initium hoc est: صانعی که مطلع افتاب و حسن
مطلع ماه بر جراید روزگار آید.

Exaratus est codex in oppido Bengalie
حوصلی a. H. 1164 = Ch. 1751.

LXIX.

(No. 12 in 4to.)

Cod. in 4to fl. 302 caractere ta'liq medio-
criter exaratus collectionem epistolarum a
veziro celeberrimo *Abū-l-Fazl Allāmy b.*
Mubārek paratam et a propinquo *Abd es*
Samad Afzal Muhammed editam continet.
Collectio in tres partes divisa est:

fol. 3 r.—69 r. قسم ۱ مکاتبات و فرامین که از زبان حضرت
شاهنشاهی به ملوک ایران و توران و امرای
عالی شان رقم زده کلک معنی سنج
کردنیده اند

fol. 69 r. قسم ۲ عرائض و خطوط که خود به خاقان زمان
و خواجین بلند مکان نکارش فرموده اند
قسم ۳ خطب و اختتام و انتخاب کتب و بیاضها
و نثرهای دیگر و بعضی مطالب و مقاصد که در
حیث عبارات در آورده اند

Edidit hanc collectionem *Abd es-Samad*
a. H. 1015 = Ch. 160⁵/₆, ut litteræ tituli
مکاتبات علامی computatione indicant. Fol. I.
titulus inscriptus est: "Insha Abu-l-Fazl
compleet" "Peter John Flor". Initium præ-
fationis: کونا کون ستایش مرداوری را که وجود بشر را از

کارخانه عنایت کسوت حیوت پوشانیده است. Exemplar
nostrum a. H. 1182 = Ch. 17⁶⁷/₆₈ sive a.
XV^o ab initio imperii 'Alemgiri IIⁱ ex altero
codice a. H. 1048 exarato transscriptum est.
Edita est pars hujus libri, inde a fol. 21 usque ad 26
r. codicis nostri, in opere: Selections for
the use of the students of the Persian Class.
vol. IV., comprising a portion of the Inshae
Abool-Fuzl, Calcutta 1810; cfr. præterea
de hoc libro Stewart Cat. p. 87; Fraser a
Cat. p. 29; de Hammer die schönen Rede-
künste Persien's. p. 413.

LXX.

(No. 13 in 4to.)

Cod. in 4to fl. 30 chartae Indicæ tenuis
caractere ta'liq mediocriter exaratus collec-
tionem epistolarum ejusdem *Abu-l-Fazl* [رقعات
] ad amicōs scriptarum a *Nūr Mu-*
hammed editam continet. Præfationis initium
fol. 1 r.: بعد از انشای حمد و ثنای حضرت خداوندی :
و اهب العطايات آید. Transscriptus est codex
mense اساطد anni Bengalici 1224 vel 1244,
neque enim perspicue legi potest; nomen
scribæ sic indicatum est: رام تنون سین ولد بسنو.
چرن سین ابن کوپی چرن سین.

LXXI.

(No. 14 in 4to.)

Cod. in 4to fl. 55 caractere Schikeste
elegantissime quidem, sed ita, ut difficillime le-
gatur, exaratus specimina epistolarum et alia
rhetorici argumenti continet. Titulus folio
codici præmisso inscriptus est: "Munshaet
Mirza Mehdie Khaun, a Persian Nobleman"
ut fol. 1 r.: منشاعت مرزاهدی خان. Post verba
introductionis, quæ nobis legere non contigit,
sectio prima sic incipit fol. 2 r.: تامل اول در سواد
ارقام مطاعه پادشاهان جهان و خسروان عالمیان quæ

verba inscriptio singularis sequitur: سواد رقمه نظارت كل باغات و عمارات مباركات واقعات در دار سلطنت اصفهان جنتاستان باسم عاليجاه ميرزا محمد مهدي مستخلص بكونك

Fol. 4 v. legitur:

سواد رقمه صدارت مالک محروسه شاهنشاهی باسم ميرزا محمد اعلی

Fol. 5 v.:

سواد رقمه فتحنامه هرات که از قبل جلوس نادر شاه به عالیجاه محمد علیخان بیکلریبکی الخ

Fol. 11 v.:

سواد فتحنامه هندوستان که نادر شاه بولد راشد خود رضاقلی میرزا نایب دار السلطنت قلمی وبصاحب فتح الله خان قاجار ارسال کردیده واعلام فرموده که سواد رقمه را بکل مالک رسانند الخ

Composita sunt haec diplomata a. H. 1151 = Ch. 173^{8/9}, et fol. 48 r. annus senior 1172 invenitur.

Sequuntur varia specimina epistolarum et diplomatum e. g. صورت تعزیه نامه, وصیت نامه, صورت, — Fol. 45 legendum esse videtur: unde, باب سیم در نوشتن مسیدات وطریق تحریر الخ concludimus, hoc opus in tria capita divisum esse. Desinit Cod. fol. 55 v. in fine paginae, dum nonnihil deesse videtur.

LXXII.

(No. 15 in 4to.)

Cod. in 4to fl. 191 chartae Indicae tenuis caractere ta'liq satis bene exaratus opus rhetoricum دستور الإنشاء i. e. *regula epistolographiae* inscriptum auctore *Jār Muhammed Qalender* continet. Exhibet specimina epistolarum cum regulis epistolographiae et viro *Sīd Gulām Husain Chān Behādur Chālfī Nuwāb 'Atzīm Chān* dedicatum est. Incipit opus fol. 3 v. post praefationem, quae his verbis aperitur:

قنای افریننده نور در چشم و روح در جسم که مردم دیدند الخ fol. 172 r. opus finitur, ubi subscriptio finalis legitur: نسخه دستور الانشا من تصنیف محمد قلندر با تمام رسید Sequuntur fol. 172 v. usque ad

finem variae adnotationes ad philologiam pertinentes. Subscriptio finalis fol. 191 v. iterum legitur: تمت تمام شد کار من نظام شد نسخه هذا دستور: العمل عرفه انشا یار محمد تصنیف منشی یار محمد تحریر شد فی الصبح هشت دهم ماه بیسپا که*) سنه ۱۲۳۸ بنکالی روز جمعه مطابق سنه ۱۸۲۱ مسیحیه الخ

Inter quae sequuntur Hindostanica nomen scriptoris رام تنون سین invenimus, cujus manu cod. No. LXX. exaratus est. Cfr. de hoc opere Mackenzie Collection vol. II. p. 136 n. XLVII.

LXXIII.

(No. 16 in 4to.)

Cod. in 4to fl. 32 chartae tenuis Indicae caractere ta'liq, eadem manu qua codex antecedens exaratus, initium libri rhetorici جامع القوانين, i. e. *collectio regularum* continet. Auctor, qui nomen suum acrosticho, quod in praefatione invenitur, indicavit scilicet خلیفه فصل ۱ در مکتوبات فصل ۲ در رفعات فصل ۳ قسم ۱ در مراسلات تعزیه آمیز قسم ۲ در مکاتبات تعزیه انگیز فصل ۴ در اداب و خاتمه الکتاب

Incipit cap. I. fol. 3 v. et finitur fol. 28 v. epistolas XXVI. exhibens; quod excipit cap. II. usque ad fol. 32 v., ubi in media epistola XI^a abrumpitur sermo. Initium libri hoc: ستایش و نبایش مرا حدی را که کاتب فصاحت بیان: خرد الخ cfr. Mackenzie Coll. T. II. p. 136 No. XLVIII; Cat. Cod. orient. Biblioth. Aca- dem. Lugdun. ed. Dozy vol. I. p. 176.

LXXIV.

(No. 40 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 55 chartae orientalis laevigatae caractere ta'liq diversa manu exara-

*) I. e. mensis Indicus Wisācha.

tus idem opus quod codex antecedens, completum continet; pars, quæ in illo codice invenitur, usque ad fol. 34 v. lin. ultimam proccedit. Cap. II. sectionis III. fol. 48 v. l. 2 et sectio IV. fol. 49 v. incipit. Subscriptio finalis fol. 54 v.—55 r. legitur: تمام شد کار من

نظام شد هذا الكتاب (sic) این نسخه جامع القوانين من تصنیف خلیفه شاه محمد واقعه بتاریخ بیست یکم شهر ربیع الثانی سنة ۱۸ مطابق سنة ۱۱۴۵ هجری موافق سنة ۱۱۴۳ فصلی در عهد جلوس میمنت مانوس حضرت دادگر شاه محمد شاه پادشاه غازی خلد الله ملکه ابد الخ*

In Fol. ult. et 3 foll. codicem præcedentibus nomina, versus, etc. inscripta sunt; minus recte titulus fol. 4 v. inscriptus est: Inschæ Matlub P. I. Flor, de quo opere cfr. Mackenzie Coll. vol. II. p. 136 n. L.

LXXV.

(No. 41 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 41 [sign. fol. 27—67] chartae orientalis caractere ta'liq satis bene exaratus tractatum celeberrimum انشاء هرکرن sive collectionem. epistolarum et diplomatum auctore *Herkern filio Mathurâdâsi Kanbuh Multani* continet. Opus in 7 capita باب divisum est, quæ regulas et specimina litterarum cujusque generis continent. Nomen auctoris fol. 1 v. sic legitur: هرکرن ولد متهراداس کنبوه ملتانی Exaratus est cod. a. H. 1220 = Ch. 1805. cfr. de hoc libro Dozy Cat. bibl. Lugd. T. I. p. 175, No. CCXCIV.; de Hammer Gesch. der sch. Redekünste Pers. p. 413; versio Anglica exstat inscripta: the forms of Herkern by Francis Belfour, Calcutta 1781 in 4to.

LXXVI.

(No. 42 in 8vo.)

Cod. in 8vo. fl. 66 chartae orientalis cha-

*) Indicatio annorum minus accurata videtur, cum a. XVIII. imperii Muhammedis Schâhi a. H. = 1148 Ch. 1735 respondeat; سنه فصلی est annus solaris.

ractere Schikeste pessime exaratus idem opus continet. Nomen auctoris fol. 1 v. sic legitur: هرکرن ولد متهراداش کنبوه ملتانی. Transscriptus est codex mense Julio a. Ch. 1815.

LXXVII.

(No. 43 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 153 chartae orientalis caractere ta'liq mediocriter exaratus collectionem epistolarum auctore ignoto continet. Titulus, qui fol. 1 v. legitur انشاء هرکرن et Inscha Harcaran, falsus esse videtur, cum codex noster plane diversum argumentum cum codicibus antecedentibus comparatus exhibeat. Initium hæc verba, quæ epistolam incipiunt, faciunt: کمترین خانزاده عقیدت نشان علیقلخان ناصر عبودیہ بادای نواب فدویت نوراکین الخ.

LXXVIII.

(No. 44 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 39 chartae Indicae caractere ta'liq perspicue exaratus ab initio mutilus tractatum رساله تحفة السلطانیة i. e. *munus regium* auctore *Hasan b. Gul Muhammed* [حسن ابن کلیمحمد], qui hoc opus principi cuidam dedicavit, continet. Divisus est in tria cptt.

باب ۱ در مکتوبات سلاطین وجواب ان

باب ۲ در احکام حکام

باب ۳ در مکاتبات شرعیہ

Clauditur codex fol. 39 v., ubi subscriptio finalis legitur:

تمت تمام شد هذه الكتاب اول نامه روز پنجشنبه بتاریخ ۳ ماه شعبان

Annus omissus est; cfr. de hoc opere Stewart Cat. p. 90 sub nomine تحفة السلاطین, ubi nomen auctoris حسن حسین non indicatum est.

L. CODICES NARRATIONES, FABULAS FICTAS SIMILIAQUE EJUSDEM GENERIS CONTINENTES.

LXXIX.

(No. 45 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 101 chartae Indicae caractere Schikeste mediocriter exaratus fol. 2—5 septem poëmata mystica in laudem dei et prophetae poetae *Molla Kâsi* [کاسی] continet, nomine inscripta *هفت بنده* et *Haft Bandeh Mollacassy*, ejus generis, quod *ترجیع بند* appellatur. Initium carminis primi: *السلام ای سایه خورشید رب العالمین*

آسمان عز و تمکین آفتاب داد و دین
cfr. de hoc poëta de Hammer die sch. Redekünste Persien's p. 368; scripta sunt anno III^o imperatoris Aurengzîbi. Excipit

Fol. 6 r.—101 collectio quatuor fabularum ex opere Indico Hitôpadêsa in linguam Persicam -a *Tâg ed-dîno* quodam translata et مفرح القلوب i. e. *animos exhilarans*, inscripta; dedicata est hæc compositio Sultano Dehlico Naşir ed-dîno, Baberi filio, qui inde ab a. H. 937 = Ch. 1530 regnavit.

Initium faciunt verba: *سپاس بیقیاس مر حضرت شایرا که از جمله بندکان خویش بشیرا مراتب اعلی داد*
Foliis primis numero non signatis titulus libri inscriptus est: *هذا مفرح القلوب الجزء الاول* *) et: "Fabulae ad modum fabularum Aesopicarum compositae lectu audituque jucundae et ad mores addiscendos utiles", "Mofarre Holcolub" [sic]. Cfr. de hoc opere Silv. de Sacy Not. et extr. des mnscts. de la bibl. du roi vol. X. p. 226 sq.; Stewart Cat. p. 83 No. II.

LXXX.

(No. 46 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 114 chartae orientalis caractere ta'liq mediocriter exaratus collectionem

*) Falso quidem, cum totum opus adsit.

fabularum XXXII. ex lingua Sanscritica versam *Singhâsan Battisi* [سنکھاسن بتی سی] inscriptam exhibet. Statuae پوتلی nominatae numero XXXII. thronum incantatum circumstantes regi Behûg sive Behlûg res gestas regis Bekirmagit [بکرماجیت] invicem enarrant, ut his auditis dignum se judicet, qui huic throno insideat. In inscriptione finali compositio hujus libri Veziro Berg-Pandet, veziro Rajae Behlûg s. Behlûg adscribitur: *مبدع این کتاب برج پندت وزیر* راجه بهلوچ است *جند ولد مادھو رام* sed versio Persica in praefatione homini cuidam *رام* adscribitur. Titulus fol. 1 v. legitur: "Vita Bikermangit, regis Ethnici, qui Ujeini residebat, liber rarus" et: "auctore B'rdg Pandet Ozir Rajae Belodge". Initium faciunt verba: *بعد از حمد و سپاس آیزد متعال که جمله جهان را بانواع آرایش آراسته اند*
Subscriptio finalis fol. 114 r.: *تمت تمام شد کار* من نظام شد کتاب سنکھاسن بتیسی که سی و دو افسانه است. De argumento hujus operis in linguam Hindostanicam versi, quod tamen a versione Persica valde discrepat, cfr. *Garcin de Tassy* hist. de la littérat. Hindoue et Hindoust. T. II. p. 273—309; versio Persica Gallice reddita est a *Lescallier*: "Le thrône enchanté, conte Indien, traduit du Persan de Sengûe hassan Battisi". Newjork 1817 in 8vo. Wilson in Mackenzie Collection vol. II. p. 139 eundem librum indicare videtur.

LXXXI.

(No. 47 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 107 chartae orientalis caractere ta'liq mediocriter exaratus partem ejusdem operis redactione alia editi continet. Subsistit in fine historiae XXIII., qui fol. 92 v. l. 6 codicis antecedentis respondet. Initium

وقتی سر مهادیو بر کیلاس پرست نشسته :
بودند پاربتی دست و پا بسته عرض نمود میخواستیم که افسانه
یکی از راجهای پیشین که سخاوت و شجاعت ارج .

LXXXII.

(No. 48 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 63 chartae orientalis characterē ta'liq satis bene exaratus consessus sive Maqāmāt al-jūdīة مقامات الجودیة inscriptos continet; cum ab initio mutilus sit codex noster, prooemium et consessus I^{us} et pars IIⁱ desunt, ita ut tantum XXI. integri consessus adsint; consessus III. inscriptionem habet في الغزو والجهاد
Prima verba fol. 1 r. hęc: رواحي باميد تنسم
صباحي بود و تخسين سپيده دم ارتياحي ارج

Ultimus consessus inscriptionem habet: في اسامي الخلفاء, ubi chalifae omnes usque ad tempus auctoris carmine recensentur, unde, cum chalifa ultimus *Mustang'id billah* [inde ab a. H. 555—66 = Ch. 1160—71] sit, concludere licet, auctorem consessuum æqualem Chalifae illius *Zein ed-din Abū Bekr el Mahmūdī* sive *Hamīd ed-din Abu Bekr b. 'Omar b. Mahmūd* [† a. H. 559] fuisse; cfr. de hoc opere Hāgi Ch. v. VI. p. 57 No. 12716. Sine dubio hoc opus ex lingua Arabica versum est, de qua re præfatio, si adesset, nos doceret; exaratus est codex a. H. 1115 = Ch. 1704.

LXXXIII.

(No. 49 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 153 characterē ta'liq elegantissime exaratus *Gulistanum Sa'adii* continet. Exaratus est codex a Derwischo Muhammed b. Muhammed a. H. 1029 = Ch. 1620. Fol. I. v. inscriptum est nomen P. J. Flor.

LXXXIV.

(No. 17 in 4to.)

Cod. in 4to fl. 135 chartae laevigatae characterē ta'liq optime exaratus, ita ut spatium notis marginalibus vacet, *Gulistanum Sa'adii* exhibet. Incipit codex verbis prooemii منت خداييرا عز وجل که طاعتش موجب قربتست ارج
در تاريخ
بيست ويکم شهر شوال ختم باخير والاقبال سنه هزار و چهل
و هشت در قلعه کوتر فجهت پادشاه جم جاء سکندر خسرو
فریدون فر ظل الله اعني بقلم امد دولتش مستدام باد ارج
unde videmus, codicem a. H. 1048 = 1639 in arce Gottorf auspiciis ducis Friderici III sine dubio a Persa Haqqwirdi, magistro cl. Olearii exaratum esse, qui inde ab a. Ch. 1639 usque ad mortem 1650 Slesvici apud Olearium moratus est. Cfr. præfatio interpretationis Germanicæ Olearii: Saadii Rosenthal und Baumgarten in opere: Colligirte und vermehrte Reisebeschreibungen, Hamburg 1696 in fol.

LXXXV.

(No. 19 in fol.)

Cod. in fol. fl. 106 chartae Europaeae characterē Nesta'liq perspicue exaratus *Gulistanum Sa'adii* continet. Quo anno exaratus sit, in subscriptione finali non indicatur.

LXXXVI.

(No. 50 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 159 chartae tenuis orientalis characterē ta'liq elegantissime exaratus continet

- 1) Sa'adi Gulistanum.
- 2) in margine lineis aureis ornata exarati sunt usque ad fol. 147 v. *Sa'adii Bustan libri X.*, et
- 3) inde a fol. 147 v.—153 *Pendnâme Sa'adii*. Fol. 153 annus 1786 p. Ch. adscri-

ptus est. Fol. 1 r. legitur: صورت جمال معشوق باقصد کمال باید کشید, quod in hoc libro exarando optime observatum est.

LXXXVII.

(No. 51 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 141 chartae orientalis caractere ta'liq satis bene exaratus *Gulistanum Sa'adii* continet. Exaratus est codex a Chog'a Neg'es 'Alī a. C. 1819 in urbe Frederiksnagur s. Sirampūr [فدریک نکر عرف سیرام پور].

LXXXVIII.

(No. 52 in 8vo.)

Cod. in 8vo fl. 94 chartae orientalis caractere ta'liq mediocriter exaratus *fragmenta Gulistani Sa'adii* continet:

1) fol. 1—47 inde ab initio usque ad cap. II. hist. 42; ultima verba sunt:

کر کردند رسد زخلف مرنج
که نه راحة رسد زخلف نه رنج

2) post lacunam incipit fol. 48 in cap. III. hist. 20 et procedit usque ad cap. VIII. حکمة fol. 94 v.

Foll. 78 et 79 falso posita sunt, cum post fol. 77 fol. 80 sequi deberet; fol. 78 et 79 post fol. 94 ad cap. VIII. pertinentia ponenda sunt. Ultima verba: برانچه میگذرد دل منه.

LXXXIX.

(No. 53 in 8vo.)

Cod. in 8vo. fl. 110 chartae orientalis caractere ta'liq optime exaratus opus خیال i.e. *cubiculum phantasiae* continet. Auctor *Jahja Fattahi* ex urbe Nischapūr opere حسن و دل ad finem perducto, quo amorem divinum celebrat, hunc librum, cui nomen شبستان نکات i. e. "*cubiculum acuminum et ro-*

sarium verborum" dedit, composuit, ubi de religione et fere omnibus rebus humanis aenigmatibus et lusibus verborum intermixtis, ita ut argumento quasi praevalere videantur, disputat. Opus in VIII. capita divisum est, quorum enumerationem, sic ut argumentum operis حسن و دل vide apud cl. Fleischerum Cat. cod. mnsptt. orient. Biblioth. Senat. Lipsiensis p. 397—99. Cap. VIII., quod in cod. Lipsiensi inscriptione caret, in nostro codice hanc habet: في اسنان العمر. Singulae subdivisiones iis, quae apud Fleischerum enumerantur, respondent, nisi quod post Faṣl inscriptum: في الصلوة الخ, duae interpositae sunt: فصل في السلوك والخير وما; فصل في الفقراء والتصوف والارشاد; et يناسبهما, quae in cod. Lips. in cap. IV. b. et c. inveniuntur. Sectio a. cap. III. codicis nostri inscriptionem habet non, ut in codice Lipsiensi legitur, وتخصيل الفضائل --; sectiones capituli Vti apud Fleischerum f. g. h. in nostro codice desunt. Quo anno opus ab auctore absolutum sit, verbis زیبا شبستانى = a. H. 843 = Ch. 1440 indicatum est in subscriptione finali: تمت بعون الله تع في اوائل شهر

٨٤٣
صفر ختم بالخیر والظفر که تاریخ تمام او بود زیبا شبستانى
cfr. de hoc opere Dozy Cat. cod. orient. bibl. Lugd. v. I. p. 356 No. CDLXXX.; Hammer Gesch. der schönen Redek. Pers. p. 290.

XC.

(No. 20 in fol.)

Cod. in fol. fl. 451 chartae Indicae caractere ta'liq bene exaratus opus celeberrimum *Anwāri Suheili* sive versionem Persicam libri Calilah wa Dimnah ab *Husein b. 'Alī Wāiz el-Cāschī* compositam continet. In praefatione historia hujus libri exponitur: origine Indica in linguam Pehlewi sub Nūschirewano versus est, ex qua sub Chalifa Abbasida Abū G'a'far Mansūr b. Muhammed ab Imamo *Abū-l-Hasan 'Abdallah b. el-Muqanna'* [rectius el Muqaffa'] in lin-

guam Arabicam, unde regnante Sāmânida *Abû-l-Hasan Naṣr* in linguam Persicam pro-
saice et a Rûdegi poetice versus est. Deinde
a. H. 515 rege Gaznavida *Abû-l-Muzaffer*
Behrâm Schah b. Mahmud ab Abû-l-Ma'ali
Naṣr ed-dîn secundum versionem Ibn-Mu-
qaffae iterum in linguam Neopersicam versus
est, quæ versio cum difficilior legi posset,
jussu Sultani *Abû-l-Gâzi Husein* [† 914
a. H.] a nostro auctore denuo redacta et edita
est sub nomine *Anwari Suheili* [انوار سہیلی].
Enumeratio cptt. XIV. fol. 9 r. invenitur, quam
excipit fol. 9 v. introductio *Huseini Wâiz*. Fol.
450 v. sermo abruptus in medio cpt. XII.,
sed fol. ultimum conservatum est, ubi sub-
scriptio finalis legitur: تمام شد کتاب انوار سہیلی
من تصنیف میر حسین کاشفی الخ
unde videmus, co-
dicis exarationem a. VII^{to} imperii Muhammedis
Schahi = a. H. 1137 = Ch. 1724⁴/₅ abso-
lutam esse. — Editus est hic liber Calcut-
tae 1816 et 1824; cfr. præterea præfatio
libri *Calila wa Dimna* par *Silv. de Sacy*,
Paris 1816. Versio exstat sub titulo: *The An-
wari Suheili or the lights of Canopus by Hu-
sain Wâiz ul-Kaschifi translated into prose and
verse by E. B. Eastwick, Hertford 1854;*
in 8vo (650 pgg.). Titulus falso fol. 1 v.
'*Ayer Dânesch* ایر دانش (sic) indicatur, quæ
redactio multo posterior [a. H. 999] ab *Abû-
l-Fazlo*, veziro celeberrimo Sultani *Acbari*,
edita est. Præterea ibidem legitur: "hic liber
fabulam continet, ingeniose contextam ad mores
principum regumque instituendos aptissimam
styloque eleganti compositam".

XCI.

(No. 18 in 4to.)

Cod. in 4to fl. 232 chartae Indicæ cha-
ractere ta'liq mediocriter exaratus *historiam*
IV. Derwischorum continet. Argumentum hoc
est: *Sultanus Rumiae*, cui nomen *Azâdehbacht* erat,

cum aetate proventus nullum haeredem haberet,
cui regnum relinqueret, aeger animi deo pre-
ces faciendi causa in coemeterium abiit, ubi
quatuor *Derwischis* occurrit, qui narrationibus
de rebus, quas in vita experti erant, regis
animum occuparunt. Rex postea precationibus
Derwischorum voti compos factus, filium *Bach-
tijâr* appellatum suscepit. Hist. l. fol. 4 r. — 29 r.

— II. — 29 r. — 156 v.

— III. — 156 v. — 193 r.

— IV. — 193 r. — 228.

Subscriptio finalis indicat, exemplar nostrum
mense Majo a. Ch. 1818 in urbe *Sirampûr*
a *Neges 'Ali* [cfr. No. LXXXVII.] *Doctori*
Mundt exaratum esse. Versio *Hindustanica*
hujus libri, باغ و بهار inscripta, *Calcuttae* 1813 edita
est, quæ a *L. F. Smith* Anglice versa titulo
inscripta est: the tale of the four *Durwesh*,
translated from the *Oordoo* tongue.

XCII.

(No. 21 in fol.)

Cod. in fol. fl. 225 chartae orientalis te-
nuissimae caractere ta'liq bene exaratus opus
Behâri Dânisch i. e. *ver scientiae* auctore
'*Inâjet Allah Kanbû* [عنایت اللہ کنبو] continet,
qui hoc opus de amoribus principis *Gihân-
dâri* et uxoris *Behrehwer Bânu* [بہرہ ور بانو] Sul-
tano *Schahi-Gihâno* a. H. 1061 dedicavit.
Antecedit fol. 1 — 4 v. prooemium operis a Mu-
hammed *Šâlih*, auctore historiae *Schahi-Gi-
hani* vid. No. LVIII. et consanguineo '*Inajet*
Allahi compositum, qui idem editionem operis
absolvit. Initium hoc est: فاتحہ کتاب مستطاب
آفرینش و پیرایہ صحیفہ دانش و بینش حمد خداوند الخ
excipit præfatio auctoris '*Inajet Allah* fol. 4 r. —

7. r. sic inscripta: آغاز دیباجہ کتاب بہار دانش من
تصنیف عنایت اللہ
cap. I. fol. 7 r. sic incipit:
آغاز داستان مشتمل بر حقیقت سرو جویبار خسروی
جہاندار سلطان. Finitur opus fol. 225 v. ultima

sectione epilogum auctoris ad lectores et laudes dei continente hoc disticho:

زبانرا کوشمال خاموشی ده

که هست از هر چه کوی خاموشی به

تمام شد کار من نظام شد

هذا الكتاب نسخة بهار دانش من تصنيف شيخ عنايت

الله كنبو — بتأريخ هشتم ذى الحجة سنة ١٢٣٠ النبوى —

مطابق بينست چهارم ماه كاتك سنة ١٢٣٢ الخ

Excerpta hujus operis inveniuntur in libro:

Selections for the use of the students of the Persian Class, Calcutta 1809 vol. II; exstat

versio optima inscripta: Bahar Danush or

Garden of Knowledge, an oriental Romance

translated from the Persic of Einaiut Oollah by

Jonathan Scott in 3vls. Shrewsbury 1799 8vo,

et antiquior, minus utilis: Bahar Danish trans-

lated by Alex. Dow London 1768, 2vls; præ-

terea versio Gallica: Contes Indiens, traduits du

Persan, extraits du Bahar Danisch; cfr: præ-

terea Stewart Cat. p. 84.

XCIII.

(No. 19 in 4to.)

Cod. in 4to fl. 142 chartae Indicae caractere ta'liq satis bene exaratus *historiam VII.*

itinerum Hâtim Tâi Sultani Sengi [هفت سیر]

exhibet. Argumentum breviter expositum hoc est: Hâtim Tâi filius

regis Jemanensis hoc nobilis animi exem-

plum præstitit, quod principem Mirschâm, cui

moerore oppresso in itineribus occurrerat, ad-

juvit, ut filiam mercatoris Chorasani Mirzachi

Bazerkâni, cui nomen Hosni-Banu fuit, in

matrimonium acciperet. Quæ cum ei soli viro

nubere vellet, qui septem quæstiones per-

plexas solveret, Hâtim Tâi pro amico se-

ptem itinera periculosa suscepit, quibus fi-

nitis Hosni Bandam amico suo, principi Mir-

schâmo, in matrimonium dedit, et in patriam

redux ipse vita felici et uberrima peracta

defunctus est. Introductionem fol. 1—2

de origine et infantia Hâtim Tâi historia

de filia Hosni Bânû in septem partes ad

singulas quæstiones pertinentes divisa se-

quitur. Inscriptio libri hæc est: باب اول

در بيان حسن بانو دختر ميرزخ بازركان و اخراج نمودن پادشاه

از شهر خراسان و افتادن حکرا و يافتن کنج رخت خزايين

و عاشق شدن شاهزاده مير شامى و شنيدن حاتم طائى

و آمدن آن از شهر يمن و هفت قول که حسن بانو داشت بجا

آوردن خاتمه.

Incipit codex fol. I. v.: راويان اخيار و ناقلان ديار

چنين روايت آورده اند الخ.

Subscriptio finalis fol. 142 v. legitur: تمت

باخير — — — قصه هفت سیر حاتم طائى پادشاه سنجى

الکاتب منشى سيد محمد حسن زمان منصور ساکن اکبر آباد

Exstat editio hujus libri inscripta: Hâtim

Tae, a Romance in the Persian language, revised

and corrected under the superintendence of

J. Atkinson, Calcutta 1818 in 4to; sed a

nostro codice aliquantum discrepat.

XCIV.

(No. 54 in 8vo.)

